



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 61. Principum atque Illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII.

A. C. 1637.

publice suffigentur, ad carceres perpetuos damnandi, aut pro delicti enormitate etiam Curiaæ sæculari tradendi. Exortis vero inter Regulares crebritibus circa præcedendi honorem, tandem summus Pontifex die decima octava Decembris decedit, ut, qui sunt in possessione præcedentiæ, præcedant, & ubi non probatur, aut non constat de possessione, præcedant ii, qui sunt antiquiores in loco controversiæ. Præterea Sacra Concilii Congregatio die decima nona Septembris decedit, quod umbellam, Pyxidem, aliaque pro S. Sacramento ad infirmos deferendo necessaria procurare, factaque servare, ad Parochum, si sufficientes reditus habeat, spectet, secus in subsidium teneatur populus, aut Sodalitates: Sacra vero Rituum Congregatio exorto apud Matelicenses dubio die vigesima prima Novembris declaravit, quod nonnisi unica, & illius quidem Ecclesiæ, ad quam corpus defertur, deferenda sit crux in efferendis cadaveribus.

§. LXI.

Principum atque illustrium obitus.

*Burgold
disc. ad Instr.
pac. Pufen-
dorff de reb.
Suec.*

Eo tempore, quo Guilielmus Hassia Landgravius abrupta pacis negotiatione belli molem in Frisiam Orientalem

talem transferre, suumque Principatum Sæc. XVII.
 Westphalici imperii accessione proten- A. C. 1637.
 dere meditabatur, tam amplas spes ac
 conatus uno momento intercidit invida
 mors, quæ hunc Principem tabe con-
 fectum Lieræ altero ab Embda lapide
 die vigesima prima Septembris sustulit,
 anno ætatis suæ trigesimo secundo:
 Integro decennio infestis armis Cæsa-
 rem impugnabat, inde vero nil aliud
 commodi referebat, nisi ut de eo tan-
 dem diceretur, illum aliquando fuisse,
 brevi floruisse, & tandem decidisse.
 Nec tamen illis accensendus videtur ju-
 venibus, qui licet mortales, se non
 morituros credunt; quippe paucis ante
 obitum horis in quadam tabula hæc
 verba: *Homo, disce mori*, scripsisse fer-
 tur. Hujus Principis obitum præces-
 serat Bogislaus XIV. Pomeraniæ Dux,
 postremus ejus familiæ, quæ ditionem
 illam per annos septingentos obtinuerat.
 Hic Princeps ad omnia iniquæ fortis
 puncta natus, inter Suecorum, quibus
 tamen fœdere junctus erat, oppressio-
 nes die decima Martii nulla relicta pro-
 le, anno ætatis suæ quinquagesimo se-
 ptimo animam egit. Haud felicior ad-
 versantis fortunæ victima cecidit Victor
 Amadæus I. Sabaudiæ Dux, qui post
 varias clades a Gallis illatas, dum be-
 nignioris fortis primordia delibare cæ-
 perat,

Sæc. XVII. perat, Vercellis die septima Octobris
 A. C. 1637. quinquagenarius in pulverem, cine-
 remque abiit, suo exemplo edocens,
 quod in magno etiam gloriæ acervo
 parum solidi pulveris reperiatur. Pari
 fato hoc item anno decessit Carolus
 Gonzaga Mantuæ & Nivernii Dux, cui
 Mantuanus & Montferratensis Ducatus
 nonnisi bellicæ fatigationis campum
 aperuit, & invidiæ irritamentum ex
 stitit.

§. LXII.

Quorundam Scriptorum Catholicorum decessus.

Miræus
Script. Sæ-
cul. XVII.
Anton. Bibl.
Hisp. Nice-
ron. 21.
pag. 387.
Nic. Erytr.
Pinac. I.

Præter hosce Principes irrevocabili
 decreto pariter ad mortem decur-
 rebant ex Catholicis Scriptoribus non
 pauci, ex quibus primo celebratur Joan-
 nes de Serrano Ancernanus Episcopus
 ex Ordine S. Francisci, qui tractatum
 de Missæ Sacrificio, necnon librum de
 Immaculata Conceptione præter alia
 edidit. II. Nicolaus Fabricius Peire-
 fcus Aquensis Senator, qui utilissi-
 mum opus de linguis orientalibus, nec-
 non indices harum linguarum, histo-
 riam Galliæ Narbonensis, & commen-
 taria rerum memorabilium sua ætate
 gestorum, pluresque alios libros publici
 juris fecit. III. Henricus de Villalo-
 bos